



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XI. Ad D. Fridericum Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Boiorum, VVolfg.
F.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

IX.

D. Sueiccardo, Iulij F. Com.
Salmensi, & Neoburgio.

Sis vt homo, sed verus homo, SVEICCAR-

(D E: sit anri,

Sit patiens cultus mens, animusque tibi.

X.

Ad D. Vratislaum à Beren-
stein Baronem &c. Cæs. Confil. &c.
Cancell. Boëm.

Lex Dea, lex regum simul est regina, ducumque

Qui pâret legi, rex magis iste placet.

Imperet vt benè rex, sic lex animata sit ille:

Legis & imperium spontè, Dei que ferat.

Qui Legem dominam facit: ille facit quoque regi-

Ac dominum secum, qui regit astra, Deum.

Sic dum lege regis populos, & regna tot ample-

Magne Baro: regem jam facis ipse Deum.

Sis felix, sis (opto) diu: reginaque semper

Auspice Lex, quod agis, prosperet omne De-

XI.

Ad D. Fridericum Comitem
Palatinum Rheni, & Ducem Boie-
rum, VVolfg. F.

Dum vigil exerceas studiū FRIDERICE Duce-

Et captas laqueis, missilibusque feras:

Mars ait: euge animi Princeps plenissime magni:

Sed mox venator, me duce, maior eris.

Me duce, cum regnis aliquando barbarus hostis

Incidet in casses, præda petita, tuos.

XII.

Ad D. Adamum à Dietrich-
stein, Baronem Holeburgium & Finc-
castenium, Cæs. Consil. & Palat. Imp.
Præfectum supremum.

Castor equis, Pollux canibus, sed vterque sagittis

Sectari docuit primus, ADAME, feras.

Post hos Hippolytus laqueis, & retibus vsus

Primus, quas nequijt viribus, arte domat:

Claudit & insidijs valles venator Orion

Ensisifer: & Perseus, qui Iouenatus erat.

Quod pulcrum magnis fuit his heroibus, adsit

Si modus, hic quisquam cur sibi turpe putet?

Sit tamen ista ducum potiùs, regumque voluptas:

Et sibi quos jungunt hi propiore loco.

At mihi sunt Musæ dulces ante omnia: syluæ

Sunt alijs: sua sic quemque cupido trahit.

XIII.

D. Hermanno Adolpho
Comiti à Noua Aquila.

Si quis habet, quod ADOLPHE cupit, fruiturq;

Felix, plus felix, qui cupit ipse nihil. (cupito:

A S Ad